

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Summa de vitiis

Wilhelm <Lyon, Prior>

[Basel], nicht nach 1475

De remediis contra peccatum lingue. Tercia pars

[urn:nbn:de:bsz:31-308070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-308070)

672.

et non moreret de quo verbo loquens Breg dicit. Sacerdos ingrediens et egrediens morietur si de eo sonitus non auditur. quia extra se iras inter in iudicis prouocat si de eo sonitus predicatois non procedat Ad idem pertinet illud quod legitur eze. xxxiii Si spectator viderit gladium venientem et non insonuerit buccina et populus non se custodierit veneritque gladius et tulerit de eis animas ille qui iniquitate sua captus est Sanguinem autem eius de manu spectatoris requiram. Apoc. i. ad Cor. ix. Ne michi si non euangelizauero Ad prelatum specialiter pertinet illud Psal. lviij. Clama ne cesses Et illud osee. viij. In gutture tuo sit tuba. et illud Psal. vi. Ne michi. quia tacui. Si propter taciturnitatem prelati aliquis preceat Sile est ac si ipse eum interficiat Vnde paulus Act. xx. Mundus sum a sanguine omnium. non enim subterfugi quo minus annuntiare omne consilium dei in vobis. Innuens pro oppositum quod ipse reus esset sanguinis eorum si ipse eis non annuntias Indiscreta taciturnitas dissuadet Eccl. iij. Vbi legitur. Ne retineas verbum in tempore salutis

De remedijs contra peccatum lingue Tercia pars

Postquam dictum est de peccato lingue. et custodia in communi. et specialiter de xxxiii. peccatis lingue Consequenter tangendum est aliquod de remedijs contra peccatum istud. Et ponemus octo remedia contra peccatum istud. Primum remedium est consideratio periculi quod est in loquendo. tunc porta alicuius castri caueus aperit. quoniam notum est domino castri quod hostes porte insinuant. unde cum hostes invisibiles porte oris specialiter insidiant. cum cautela magna capienda est Ad hoc remedium potest referri illud Job. xl Memento belli. et ne addas amplius loqui quam secundum remedium est. consideratio tam nobilitatis quam utilitatis huius membri. de qua nobilitate et utilitate habitum est in principio tractatus ubi dictum est quod in lingua precipue in decem sit immundicia et quod diuino officio pre ceteris membris deputata sit Tercium remedium est. quod homo contra

portam oris q̄si quasdam barras facit **B**arre iste sunt pro-
 posita firma declinandi personas illas cum quibus pecca-
 re solet per linguam vel loca illa in quibus solet habere oc-
 casionem per linguam peccandi vel silentium tenendi horis
 in quibus facilius homo per linguam labitur ut hora post ei-
 tum et alia similia apposita que custodiunt hominem ne offe-
 dat in lingua **D**e barris istis legitur **P**rou. xviii. **F**rater
 qui adiuuatur a fratre q̄si ciuitas firma. et iudicia q̄si ve-
 stes vrbium apposita ex iudicio rationis facta de custodia se-
 suu et q̄si vestes id est q̄si barre vrbium. **Q**uartum remedium est
 q̄ homo raro loquat̄. exempluz de hoc habemus in beata vir-
 gine eius septem verba t̄m legunt̄ in euangelijis. **V**nde
 in eccl̄. **Q**ui odit loquacitatem extinguit maliciam. **T**er-
 tium remedium est. q̄ homo pauca loquat̄. sic em̄ in mlti
 loquendo non dicit peccatum. sic breuiter loqui ad hoc va-
 let ut homo caueat a peccato **D**e quarto. et quinto reme-
 dijs dicit ph̄s. ad summam perfectionis volo te esse breuilo-
 quum. rariloquum et submissa voce loquentem **A**d rarilo-
 quum monet seneca dicens **A**uribus frequencius q̄ lingua uti-
 re. **I**dem. in hoc meū be ut libencius audias q̄ loquaris.
Sextum remedium est tarditas in loquendo ut homo
 non exeat in loquendo nisi precedente deliberatione **A**d q̄ p-
 tinent verba sacre scripture que secunt̄ **Y**ero. p̄. veniat
 sermo ad limam c̄m ad linguam **E**cc̄. iiii. **N**oli citatus esse
 in lingua. et **E**cc̄. v. **N**e temere q̄ loq̄ris. neq̄ cor tuū sit ve-
 lox ad proferendum sermonem coram deo. **G**auit̄ causa
 quare non debeat homo loqui absq̄ deliberatōe. q̄ em̄ hō lo-
 quit̄ coram deo loquit̄ **E**cc̄. xxi. **V**erba prudentium sta-
 tera ponderabuntur. **S**en. **T**ardiloquū te esse iuro et pro-
 pe erit tibi deus. **P**rouer. xiii. **Q**ui inconsideratus est ad
 loquendum sentiet mala **Q**ui em̄ non vult loqui absq̄ deli-
 beratione clauem oris habeat in archa cordis **V**nde quo ad
 hoc securus est **E**cc̄. xxi. **I**n ore fatū cor illius et in cor-
 de sapientium os illoz. **S**eptimū remedium est q̄ inter

674.

omnia precipuz videtur esse vt homo orando lingua suaz
deo emendet. domini eniz est gubernare linguam. vt legit
Prover. xv. Vnde dauid. Pone domine custodiam ori
meo. **O**ctauus remedium est silentiu claustraliu. Ieroz
Linguam maledictaz inductuz emundat silentiu. Et sicut
in sexto clauis oris ponit archa cordis. In septimo vero
ponit in manu dei. sic in octauo. Ista clauis oris ponitur
in manu prelati. Qui autem nesciente prelado. et nolente
portam oris aperuerit postq̄ ei clauis tradidit fractoz vi
detur esse templi spiritualis. et euz clauē faciat extra clauē
videtur esse latro. Ad emendationez vero claustralis silē
cij. Primo possunt valere exempla. et precipue exemplū
cristi. de quo dicit glosa super illud Psa. liij. Quasi agnus
coraz tondeute se obmutuit et non aperuit es suum. I. glo.
herodi vel pylato pauca respondit ne differretur salus hu
mani generis. Legit̄ etiam q̄ abbas agathon lapidem in
ore suo per triemium portabat donec taciturnitatez discerz.
Legit̄ etiam de abbate pando q̄ fratres dixerūt ei. vt
diceret aliquoz sermonē alexandrio episcopo ad se venientē
qui ait. Si in taciturnitate mea non edificat̄. nec in ser
mone meo edificabit̄. **I**nuenit̄ etiam de quodam milite
potente qui voluit intrare religionez. et misit quendā va
sallum suum ad abbatem quendam inuigens ei q̄ dicerz abbi
se velle intrare istaz religionem. Ad didit eciaz q̄ diceret
se esse mutum. paratū tam̄ in omnibz se obedire. Quod
ideo fecit. quia sepe in lingua offenderat. et cogitauit q̄ ni
si caueret sibi lingua sibi auferret bona que ibi faceret. Et
receptus est in religione illa. et credebatur mutus. **E**riēs
autem quadaz vice cum abbate ad quendā militem qui labo
rabat in extremis. Vidit animaz eius cum moreret̄ misera
biliter a demonibz trahi. et opaciens fleuit. et disceden
tes inde obuiaz habuerūt quendam alium militem qui pro
misit abbati q̄ renūciaret seclō. Et cū eum precederet in qu
dam ponte temptaturus viam coram abbate decidēs de ponte

submersus est. Cuius animam vidit miles ab angelis in spe-
 cie monachi in celum deferri. Et solutus est in gaudium.
Cum autem abbas venisset ad claustrum adiurauit militem in
 virtute obediencie. **V**t sibi diceret. si loqui possis et cur
 in morte illorum duorum se cliter habuisset. Cui miles. male fe-
 cisti. quia contra propositum meum me loqui fecisti. Sed ta-
 men tibi indicabo. Et narrauit ei omnia per ordinem. **A**udi-
 ens abbas cecidit ad pedes eius. miles autem rennuens pe-
 cijt. vbi in aliquo recluderetur loco. vbi taciturnitatis sue
 propositum posset seruare. **S**ecundo possunt valere ad
 commendationes silencie sacra verba que illud dissuadent.
Vt est illud Auguſtini super domine exaudi. Loquela sit in
 necessitate. taciturnitas in iocunditate. et arsenio. cuius di-
 scederet a palatio. vt monachus fieret. **F**acta est vox di-
 cens. Arseni fuge tace quiesce. **H**ec enim sunt radices non
 peccandi. **G**ero. **M**ulto melius est de duobus imperfectis.
 iusticiamque sanctam habere quam eloquencia peccatrice. **T**er-
 cio potest valere ad commendationes silencie. si ostendantur bo-
 na que ex silencio preueniunt. **N**otandum ergo. quod silencium
 homines fortes efficit. **V**n **V**sa. xxx. **I**n silentio. et sibi erit
 fortitudo vestra. abbas pastor. **O**mnis labor qui euene-
 rit tibi ex taciturnitate superabit. **S**icut vix vel nunquam pugil
 vincit nisi verbum malum dixerit. sic vix vincit a dyabolo que
 a malis verbis sibi cauerit. **S**ic silencium pacem facit. **V**n **V**sa.
 xxij. **E**rit opus iusticie pax. et cultus iusticie silencium. **S**i-
 lencium est quasi quedam cultura iusticie. **S**icut enim ex nimia
 loquela frequenter sequitur iniuria tamen dei quam proximi. sic ex silen-
 cio iusticia nutritur ex qua velut ex quadam arbore fructus pa-
 cis colligitur. **V**n cum claustralibus pax summe necessaria sit val-
 de necessarium est eis silencium vnde pax sequitur. multe lites
 et ire remouentur ex obseruatione silencie. **P**rou. xxvj. **Q**ui
 imponit stulto silencium iras mitigat. **I**tem silencium
 est signum sapie. **S**en. **T**aciturnitas hominis stulti per sa-
 piencia est. **Q**uidam philosophus cuiusdam rustico in conuiuio taceti

646

Et doctis inquit hoc solum habes. **Prouer. xviii.** Stultus
si tacuerit sapiens reputabit. **In iob vltio.** Utinam taceretis
vt putaremim sapietes. **Sap.** Nemo stultus tacere potest
Ites silentium est spiritus perfectus. vñ in **Tren. iij.** Sede
bit solitarius et tacebit / quia leuabit se super se. homo qui
iam leuauit se super statum hominum qui habet deum solatorem / et
collocatorem potest esse solitarius et tacere. **Ex quo em h3 deum**
pro sorto non curat de sorto humano. **Sen.** Primum argumē
tus opposite mentis existimo posse secum distingere / et secum mora
ri. **Dei.** Cum quo deus est nunquam est minus solus quam cum ipse est
solus quia ideo dicitur / quia tunc liberius habet suum socium scilicet deum.
Homo etiam cui deus interior loquitur. non curat multum de loque
la exteriori. **Grego.** Non sufficit proficere homo ad utrumque
diuisus / quia si exteriorius auditum aperit interiorius sordescit. **I**tes
silentium parat hominem colloquio diuino. vñ **Tren. iij.** **Bo**
nu est prestolari cum silentio salutare dei. **Filius dei** verbum est
Ideo auscultationem requirit. **In Eccl.** Vbi non est auditus
non effundetur sermo. **Et i. Reg. i.** Loquere domine quia audit ser
uus tuus. **S**ilencium suare est os vñ exit ignis / et flamma
obstruere. **I**tem silentium seruare est bestiarum indomabilem clau
sam tenere. **Iaco. iij.** Omnis natura bestiarum / et volucrium / et
serpentium et ceterorum domatur / et domata sunt a natura humana. **Lig**
ua autem nullus hominum domare potest. **I**tes silentium suare est gladi
um penetratissimum in vaginam abscondere. **In ps.** Lingua eorum
gladius acutus. **I**tes silentium suare est foueam obstruere
per quam homo sepe cecidit / et collum cado sibi fregit. **Eccl. xij.**
Deat vir qui non est lapsus in verbis ex ore suo. **Domini dili**
genter esset obturanda fouea illa que toties fuit homini oca
sio ruine et tunc ruine. **S**ilencium frenum est viri claustralis
sine silentio enim est quasi equus sine freno. **S**ilencium est clauis
religionis est. **V**nde claustralis absque silentio proprie clau
stralis non est cuius sit absque clausura. sed est velut vrbis pa
rens et absque murum ambitu. sic vir qui non potest in loquendo
cohibere spiritum suum. **C**laustri absque silentio est velut vinea absque

sepe que direptioni exposita est. **Ecc̄i. xxxvi.** Vbi non est
 sepes diripiet possessio. **Ecc̄i. x.** Qui dissipat sepe mor-
 debit eum coluber. **Mat̄h. xxi.** De ista sepe legit̄. hō erat
 p̄familias. qui plantauit vineas et circūdedit sepe ei. **Et**
Proū. xxiii. Per agrū hominis piger transiit. et per vi-
 neam viri stulci. et ecce totū repleuerant vitice. et opu-
 erūt superficiē eius sp̄ie. et materia lapidum destructa erat.
Itē h̄ per materiaz intelligit̄ q̄ superius p̄ sepe. **Et** inuit̄ q̄
 negligētia. et pigritia p̄latoz causa sit q̄ silēciū. et alie
 claustrales obseruācie in claustris nō obriuent̄. Sic oportet
 obstrui vas in q̄ sit vit̄ ferratū vt vinū forci? sic sic oportet
 vt claustral' districte obseruaz silēciū. vt feruor deu-
 otōnis sit in eo. Alioq̄n si os eius ad leq̄ritatē fuit apertū. si
 quid deuotōnis in eo est exalat. **Itē** silēciū in claustro su-
 flocatō malicie est. qz iuxta verbū prius positū. Qui odit
 loquacitatez extinguit maliciaz. Silēciū ec̄ signum est mor-
 tis veteris hominis. loq̄ritas in claustrali qui debz esse mor-
 tuus stupēda est. sicut si homo mortuus loqueret̄. Religio
 vero vbi non obseruat̄ silēciū. pōt dici illud **Job. xxx.** q̄
 rupto muro. et aperta ianua irruerunt super me. **Vltimo**
 ad cōmendatōnez silēcij pōt valere illud sapientis. **Locu-**
 tum esse aliquā p̄me iuit me. tacere vero nunq̄. **Item** chuci
 qui interpretat̄ silēciū erat amicus dauid. **Vnde** posui
 ozi meo custodiam etc.

Explicit summa de vicijis. seu tractatus moral' wilhelmi
 episcopi lugdunens' ordinisqz fratrum predicatorz.

